

## De petitionis illius eventus.

50 Cui respondens Laban & Bethuel dixerunt, A  
Jehova profecta est hæc res: non possumus eloqui tibi  
malum aut bonum.

51 Ecce Ribka tibi exposita est, accipe & abi; sitque  
uxor filio domini tui, quemadmodum loquutus est  
Jehova.

52 Itaq; factum est, quum audivisset servus Abra-  
hami verba eorum, ut adorans incurvaret se Jehovæ ad  
terram usque.

53 Et depromens servus ille instrumenta argentea,  
& instrumenta aurea ac vestes traderet Ribkæ; similiter  
res pretiosas daret fratri ejus & matri ejus.

54 Deinde comedenter & biberunt ipse & viri illi  
qui cum ipso erant, ac per noctem aperunt: quum autem  
postero mane surrexisserent, dixit servus ille, Dimitte me  
ad dominum meum.

55 Dicente vero fratre ipsius Ribkæ & matre ipsius,  
Resideat hæc puella nobiscum aliquot dies, saltem de-  
cem; postea abitura est:

56 Ille dixit eis, Ne remoremini me, quum Jehovah  
secundaverit viam meam: dimittite me ut abeam ad  
dominum meum.

57 Tunc dixerunt, Advocemus puellam ipsam; &  
interrogemus os ejus:

58 Et advocantes Ribkam, dixerunt ei, Visne pro-  
fici cum hoc viro? quæ dixit, Proficiscar.

59 Dimitentes itaque Ribkam sororem suam &  
nutricem ejus; cum servo Abrahæmi ac viris ejus:

60 Benedixerunt Ribkæ, dicentes ei, Tu soror no-  
stra, mater esto mille myriadum; & hereditario jure  
possideat semen tuum portam inimicorum suorum.

61 Sur-